



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Veritates Æternæ Ex Prima Hebdomade Asceseos
Jgnatianaè Petitæ**

Vogel, Matthäus

Constantiæ, 1731

Circa Præceptum VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60667)

Circa Præceptum VIII.

1. An falsum testimonium in aut extra iudicium dederit? 2. An injustè aliquem accusaverit, vel sententiam iniquam tulerit? 3. An mentitus sit cum aut sine damno proximi? 4. An in re gravi murmuraverit de vita aliorum, maxime hominum honoratorum? 5. An secretum sibi commissum, vel aliquid clam visum revelaverit, cui non debebat? 6. An aliorum litteras aperuerit & malo fine quidem? 7. An temerarium habuerit iudicium de dictis aut factis proximi? an suspensiones absque fundamento? 8. An animo obligandi se aliquid alteri promiserit, & postea sine causa non impleverit? & an damnum proximi secutum sit?

Circa Peccata Capitalia & Aliena.

1. An superbus fuerit, iudicando bona tum corporis, tum animi haberi ex sua industria, & meritis? 2. An vanè existimaverit se habere bonum aliquod, quod non habet, meliorem esse ac alios, cæteros etiam contemnendo? 3. An gloriatus sit in re aliqua mala? 4. An, ut magni fieret, jactaverit se de aliquo bono? 5. An fuerit ambitiosus, inordinate desiderando honores, atque ad hos forte illicito medio usus sit? 6. An, ne ab aliis parvi fieret, fecerit aliquid, quod non debebat; aut omiserit, ad quod obligabatur, vel carpsit pia opera v. g. Confessiones frequentes, preces, &c. 7. An pertinaciter